63

Petri advocati in Klodawa Martini fabri pro summa octo marcar Pold in mediu mansu datae inscriptio.

Noverint quibus expedit universi, quod ego Petrus advocatus in Klodawa, unâ cũ liberis meis bonâ fide palam recognosco per praesentes. Quia recepi octo marcas mediorum grossorum monetae et numeri Polonicalium apud providum Martinum fabrum civem in Klodawa, in quibus quidem octo marcis praedictis, praedicto Martino et ipsius successoribus legitimis medium mansum integrum advocatiae nostrae super Klodawa unâ cum mediabus agrorum additionibus, in una additione duo sulculia, et in alia medium alterae sulculae ad eundem medium mansum pertinentibus, addamus tres campos ad ipsum campum, versus Krapa, ad secundum, qui est in Byrzwana, qui est circa mansos meos, et ad tertium campum, qui est versus hortos domini praepositi Klodaviensis, scilicet longè et latè sicut solus tenui et possedi, nihil pro se proprie

proprietatis in eodem reservando, et ymo in spem future reemptionis dedi et commisi tenendum, laborandum et habendum quam diu ipsum non exemerimus et mei liberi non expediverint: de quo quidem medio manso ego cum liberis meis prefatum Martinum cum suis successoribus eximere non debeo per spatium quatuor annorum se continue sequentium, per quos quidam annos predictos predictum medium mansum idem Martinus cum suis successoribus

cum omnibus utilitatibus proventibus, agris cultis et incultis, pratis rubetis, pascuis, paludibus, ad dictum medium mansum spectantibus. De quo quidem medio manso predicto predictus Martinus mihi vel meis liberis mediam marcam mediorum grossorum pro censu et sex grossos pro decima super festum sancti Martini annis singulis solvere cum suis successoribus sit astrictus. — Item quando ad expeditionem generalem me vel meos liberos ire contigerit, tunc ipse Martinus cum suis successoribus, mihi

mihi vel meis liberis ad eandem expeditione
servum dare tenebitur et non plus, ratione
commoditatis orti convivia vyrzwewa ad
dictum medio manso, quem per me obtinui.
Item medium mansum predictum ego cum
meis liberis ab ipso Martino et suis suc-
cessoribus alienis pecuniis eximere non
debeo: si autem ipsum eximere velim,
extunc ipse Martinus cum successoribus
suis propior erit ipsum suis pecuniis si-
bi ipsi eximere. Postquam autem di-
ctae octo marcae eidem Martino et
suis successoribus per me vel meos libe-
ros ad aliud festum circumcisionis Do-
mini integrè fuerint persolutae, extunc
eundem medium mansum mihi vel me-
is liberis dimittere tenebitur pleno iu-
re. In cuius rei testimonium, sigillum
meum presentibus est appensum. Actum
et datum in Hlodawa feriâ quintâ in
octava sancti Joannis apostoli annô Do-
mini millesimô quadringentesimô quadra-
gesimô octavô, presentibus providis, Bo-
gufalo, Nicolao, Byalobok, Stanislao Su-
chta, Nicolao Soroczek, et aliis quampluribus

quam pluribus fide dignis.

Ta kopia przepisana z oryginału pargaminowego roku Pańskiego tysiącznego siedemsetnego osiemdziesiątego piątego, dnia osiemnastego miesiąca Czerwca, przy którym znajduie się na zawiasce pargaminowey pieczęć iedna.